et vult liberare · ⁊ sic in se nõ speret · sed in deo
qui pmittit q liberabit si confugiat ad eum ·
vult ergo deus vt homo habeat timorẽ de in=
imico forti · ⁊ spem de promissionibus futuro=
rum · et de dilectione dei vehementissima · ergo
sequitur q vult eum ptegere quemadmodum
gallina protegat pullos suos ex a more vehe=
menti · et est spes de custodia angelorum ¶ Ho
mo autem si molatur inter duas molas timoriz
scilicet et spem efficietur panis placens deo · et
sic vincet omnem temtacionem · siue sit leuis et
occulta · que dicitur timor nocturnus · siue leuis
et manifesta que dicitur sagitta volans in die ·
siue sit grauis ⁊ occulta · que dicitur negocium
perambulans in tenebris · siue sit grauis ⁊ ap=
ta · que dicitur demonium meridianum hec qua
tuor genera temtacionum vincet quilibet sic ar
matus · vt dictum est · ¶ Sed in euangelio non
sunt nisi tres temptaciones · vbi dicitur · Duct9
est ihesus in desertum ac̃ · math · iiij · capl̃o · Et
comprehenduntur quandoq omnes temtacõ=
nes sub quaternario · vt dictum est · quandoq
sub ternario vt in euangelio · quandoq sub bi
nario · vt in eodem psalmo inferius vbi dicitur
A laqueo venantium · idest ab opere malo · et a
verbo aspero · idest a peccato oris · Temtatus
autem fuit dominus a dyabolo triplici temta
cione · scilicet temtacione gule · cum dixit · ei ·
Dic vt lapides isti panes fiant · Cupiditatis
scilicet · cum dixit · Hec omnia tibi dabo si pro=
cidens adoraueris me · Et inanis glorie · scilicz
quando dyabolus voluit eum deicere de pina=
culo sicut fecerat alijs predicatoribus multis ·
Et vicit eum dominus p autoritates sacre scrip=
ture · quod significatum est · in hoc q dauid la
pidibus sumptis de torrente deiecit goliam ·
Docens nos debere armari gladio verbi dei p=
ter illa arma · quibus nos armat apostolus in
epistola hodierna vt sic sufficienter ad pugnã
armati simus · Potest etiam dici q a principio
septuagesime ecclesia tot tribulacionib9 pres
sa desperans clamauerat · Circumdederunt me
gemitus mortis · quasi a nulla parte euadere
possit In principio vero sexagesime · vbi eci
am de hoc dictum est · et dicetur in quarta do=
minica quasi posita inter desperacionẽ ⁊ spem
clamauit · Exurge · quare obdormis domine · In
principio quinquagesime iam desperans cla=
mauit · Esto michi domine in deum protectorẽ
vmo deprecatuaz mutans in affirmatiuã · dixit
dux michi eris et enutries me ¶ Nunc vero in
principio quadragesime ostendens se exaudi=
tam dicit · Inuocabit me · ⁊ ego exaudiam eum ·
Et epistola dicit · In tempore placito exaudiui
te · In graduali datur nobis angelorum custo
dia · in tractu diuina protectio · qr circundabit
scuto veritatis · In euangelio ad exemplum
saluatoris ab hoste · Triumphus · cui dicimus ·
Vade retro sathanas In offertorio etiam diui=
na protectio vocatur · cum dicit̃ Scapulis suis
obumbrabit tibi ac̃ ¶ In poste cõmunione demo
num subiectio vbi dicitur Super aspidem ⁊ ba
siliscum · ¶ Ab hac die vsq ad parasceuen ope
riuntur cruces · et velum ante altare suspendi=
tur · de quo in prima parte dictum est sub ti · S
picturis · ¶ Hec dominica preuilegiata ẽ · quia
est ianua et limes quadragesime · que represẽ
tat tempus quo filij israhel morati sunt in de=
serto · ¶ Tria quidem fuerunt in populo isra=
hel · quorum duo cõmemorauimus · scilicet pe=
regrinacio · que fuit in egipto · quando iacob ⁊
filij sui profecti sunt in egiptum · Captiuacio ·
que fuit in babilone · ⁊ dispersio · que facta fuit
a tyto et vespesiano · per totũ mundum · quam
non cõmemorauimus · quia ab illa nunquam re
uocabuntur · de qua dictum est · tradam eos in
manu de qua non potuerunt surgere · In hac do
minica ad horas dicitur capitulum · Fratres ·
hortamur · ne in vacuum ac̃ · ij · corim · vj · capl̃o ·
et illud · Ecce nunc tempus secundo cor · vj · c ·
et illud · In omnibus exhibeamus · ibidem Et fit
hodie stacio apud basilicam lateranã · que con=
structa est in honorem saluatoris et plusquam
prophete iohannis · eo q officium hodiernum
saluatoris nostri pphetice resonat felicitatem ·

¶ De secunda feria ·

Postquam dominus et apostolus ar=
mauerunt militem suum non restat ·
nisi vt pugnet · quia hostes semper
parati sunt · quia vero per opera mi=
sericordie specialiter et maxime fit pugna ista
Ideo de ipis est feria ista · que agit de elemosi
na · ¶ Rursus · quia onus pugne non libenter sus
scipitur · nisi mtuitu premij Ideo in hac secun
da feria · est introitus · Dicit oculi seruiorũ ac̃ ·
et dominus in epistola · Ecce ego requirã oues
meas ac̃ · que sumpta est de ezechiele · xxxiiij ·
ostendit premium · cum dicit · Et pascã eas qui
enim pascit dominum in paupere · et dominus
pascit eum · sicut ibi legitur · In montibus isra=
hel · idest in mansionibus et ermis · ¶ Idem ha=
betur per euangelium · Cum venerit filius ac̃ ·
math · xxv · capitulo · vbi dicitur · Venite bene
dicti ac̃ · Esuriui · et dedistis michi manducare ·
Debemus autem habere oculum ad ipsum non
tantum sinistrum · vt respiciamus penas eter=
nas et propter hoc bonum faciamus · hoc enim
esset timor seruilis · sed etiam dexterum · vt cõ
fideremus premia · istum oculum vult nobis au
ferre dyabolus et nititur quantum potest · vñ
primo Re · xj · capitulo · Rex ammonitarum no
luit inire fed9 cũ ioabitis · nisi eruerent eis dex=
tros oculos · Similiter vult facere nobis dya=
bolus vt non simus apti ad pugnandũ sicut mi=
les · qui non habet oculum dextrum ·

¶ De tercia feria ·

Tercia feria agit de oracione · et sumit̃
introitus de psalmo · qui est oracio ·
Domine refugium factus es nobis ·
Pugnamus enim orando · Vnde Ihs

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

naue in heremo pugnabat · et moyses orabat
merito qui pugnabat non deficiebat · quia ille
orando vincebat · Epistola vero · Querite do=
minum ꝛc · psa · lv · capitulo · docet nos orare · ꝛ
inuitat nos ad oracionem · querite dominũ · sci=
licet derelinquẽdo vicia et peccata · quia mul=
tus est ad ignoscendum · non enim cogitacões
mee cogitaciones vestre Que sint vero cogita
ciones eius ostendit hiẽ · dicens · Ecce ego co=
gito cogitaciones pacis et non afflictionis · Si
enim ex vero corde rogatur et queritur statiz
pacificatur quantumcũqz deliquerit in eũ ho=
mo · et hoc dum inueniri potest · scilicet in pre
senti · Ecce ostenditur effectus oracionis · quia
per eam homo · deo pacificatur · Idem eciam
habetur per euangelium · cum intrasset · math
xxj · capl̃o · In quo dicitur postquam eiecit emẽ
tes et vendentes de templo · dixit domus mea
idest homo in quo habitat · dom⁹ oracionis vo
cabitur · In epistola monemur ad petendum
vt habitet in nobis · In euãgelio · vt det no
bis eterna gaudia · Cetera que in graduali ·
offerenda · et postcõmunione cantãtur fiũt que
rencium dominum oraciones ꝛ consolaciones et
graciarum actiones ·

De quarta feria ·

Quarta feria est de ieunio · sed quia il
la dies est septima a capite ieunij ·
Septimus autem numerus ꝛ septua
gesimus idem significãt · Idem enim
significat numerus multiplicatus · et numerus
multiplicans · Septuagesimus vero significat
liberacionem a captiuitate · Ideo in introitu · q̃
est · Reminiscere ꝛc · petit liberacionem · scilicz
que habetur per ieunium · Et in epistola ꝛ in
lectione monemur ad ieuniuz exemplo moysi ꝛ
helie · Lectio que legiẽ propter ordines sũp
ta est · de exo · xxiiij · capl̃o · ascende ad me in mõ
tem ꝛc · Epistola vero de tercio · Re · xix · ca ·
Venit helias ꝛc · Quale autem ieunium debe=
at esse · scilicz spirituale monstratur nobis per
ieunium moysi · vtilitas vero per heliã · In azi
mo enim cibo peruenietur vsqz ad montem dei
oreb · idest ad altitudinem mense illius · quando
cõmedemus supra mensam patris cristi in reg
no suo · per ieunium quidem ira dei temporaẽ
et mitigatur · quod ostendi tur per euangeliuz
math · xij · ca · pl̃o Accesserunt ad ihesum ꝛc · in
quo habeẽ de minuitis · qui iram dei tempera
uerunt per ieunium suum · Et nota q̃ in hac
feria solẽmtas ieunij duplicatur · quia ieunaẽ
tam racione quadragesime · quam racione ieu=
nij quatuor temporum · quia vero penitencũ
asperius ieunancium corpora deficcantur · In
hijs non habitat · sicut dicitur in euangelio spi
ritus immundus · qui habitat per loca arida q̃
rens requiem et non inuenit Corpora enim ie
ientis deficcata fastidit · Ideo ad ieunia li=
beci⁹ appetenda moysi et helye premittuntur
exempla · quorum vterqz in singulis lectionib⁹
xl · diebus et xl · noctibus ieunasse perhibẽtur ·
Itaqz propter ieunij geminacionem · scilicz
quadragesime et quatuor temporum duo ver
sus in graduali ponuntur ea que in introitu ·
graduali · tractu · cõmunione · et offerenda cã=
tãtur · sunt consolaciones et oraciones · vt ieu
nantes a tribulacionibus eripiantur · ꝛ ne hijs
qui ieunijs affliguntur · inimici dominentur ·
Hec quarta feria in hoc preuilegita est · qz
illi qui in sabbato sequenti ordinandi sunt in=
terrogantur de scripturis sacris ꝛ examinanẽ
de quo ꝛ quare due lectiones leguntur ad mis
sam sub quarta feria tercie eb domade aduent⁹
dictum est ·

De quinta feria ·

Quinta feria est de confessione · per q̃
eciam pugnatur · Et est introitus ·
Confessio et pulcritudo · Est autem
triplex confessio · scilicet fidei · peccaꝛ
ti · et humilitatis · Qui habz hãc ofessionẽ pul=
critudo est in conspectu eius · In conspiciendo
eũ deũ humiliam⁹ nos ꝛ deo similes sumus imi
tando ipsum · Epistola vero · scilicet · Orauit
esdras ꝛc · sumitur de esdra · ix · capitulo in qua
est oracio esdre ꝛ confessio · qui orauit sicut eci
am daniel orauit peccauim⁹ ꝛ iiuste egim⁹ ꝛc ·
Et per istam confessionem meruerunt remissio
nem peccatorum · et ita ostenditur effectus cõ
fessionis · In alijs ecclesijs legitur epistola ·
Factus est sermo domini · Ezech · xviij · capitulo
que eciam loquitur de effectu cõfessionis · Euã
gelium · Egressus ihesus ꝛc · math · xv · capl̃o · ẽ
de muliere cananea · que per confessionem fidei
cum dixit · Domine adiuua me · Et per confessi=
onem humilitatis cum dixit · Nam et catelli ꝛc
meruit filie sue sanitatem · Et dictũ est ei · Mu=
lier magna est fides tua · Quidam autem legũt
euangelium · in quo iudei gloriantes q̃ essent
filij abrahe conuincuntur non esse filij abrahe ·
quia non faciunt opera eius · sed esse ex patre
dyabolo eius opera faciendo · Vel vt quib⁹
dam moris est legitur euangelium · quod alij le
gunt feria quinta sequentis ebdomade de diui
te · qui apud inferos cruciatur · patremqz vo=
cans et deprecans abraham · non vt filius exau
ditur · hijs consonat illud propheticum · quod
epistola premittitur · q̃ si vir iustus genuerit
filium sanguinem effundentem et vniuersa de=
testanda facientem Ipse quidem in iusticia vi
uet · Filius autem eius · qui operatus est iniqui
tatem morte moriatur · Cetera que sunt in in
troitu graduali · et offerẽda · sunt laudes ꝛ ora
ciones iusti · Cõmunio panis quem ego dedero
iohãnis vj · c · declarat vnde iustus viuat · scili
cet de carne cristi · Et attẽde q̃ quinte ferie
propria olim non habebãt officia · sed a dñicis
festiualib⁹ inofficiabanẽ ꝛ earum euangelia nõ

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf